

LIBER IV

1.

Ea, quae secuta est, hieme, qui fuit annus Gnaeo 1
 Pompeio Marco Crasso consulibus, Usipetes Germani
 et item Tenctheri magna [cum] multitudine homi-
 num flumen Rhenum transierunt non longe a mari,
 quo Rhenus influit. causa transeundi fuit, quod ab 2
 Suebis complures annos exagitati bello premebantur
 et agri cultura prohibebantur. Sueborum gens est 3
 longe maxima et bellicosissima Germanorum omnium.
 hi centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotan- 4
 nis singula milia armatorum bellandi causa suis ex
 finibus educunt. reliqui, qui domi manserunt, se at- 5
 que illos alunt. hi rursus invicem anno post in armis
 sunt, illi domi remanent. sic neque agri cultura nec 6
 ratio atque usus belli intermittitur. sed privati ac
 separati agri apud eos nihil est, neque longius anno 7
 remanere uno in loco colendi causa licet. neque mul- 8
 tum frumento, sed maximam partem lacte atque pe-
 core vivunt multumque sunt in venationibus. quae 9
 res et cibi genere et cotidiana exercitatione et liberta-
 te vitae, quod a pueris nullo officio aut disciplina ad-
 suefacti nihil omnino contra voluntatem faciunt, et
 vires alit et immani corporum magnitudine homines
 efficit. atque in eam se consuetudinem adduxerunt, 10
 ut locis frigidissimis neque vestitus praeter pelles ha-

BUCH IV

Viertes Kriegsjahr (55 v. Chr.)

Im folgenden Winter – es war das Konsulatsjahr des Gnäus Pompeius und Marcus Crassus – überschritten die germanischen Usipeter und Tenctherer¹⁴³) mit einer großen Menschenmenge den Rhein nicht weit von seiner Mündung ins Meer. Grund hierfür war, daß sie von den Sueben¹⁴⁴) schon seit Jahren gehetzt, in Kriege verwickelt und an der Bestellung ihrer Felder gehindert wurden. Die Sueben sind der bei weitem größte und kriegerschste Germanenstamm. Sie haben, wie es heißt, hundert Gae, von denen sie alljährlich je tausend Mann Bewaffneter zu Kriegszügen aus ihrem Lande führen. Die übrigen, die Daheimgebliebenen, sorgen für ihren eigenen und deren Unterhalt; sie ihrerseits stehen abwechselnd ein Jahr später unter Waffen, während die anderen im Lande bleiben. So wird weder der Ackerbau noch die Kriegsführung und -übung unterbrochen. Privates oder getrenntes Ackerland gibt es bei ihnen überhaupt nicht, auch ist es ihnen nicht erlaubt, länger als ein Jahr an einem Platz zu bleiben, um ihn zu bestellen¹⁴⁵). Bei ihrer Ernährung spielt das Brot keine besonders wichtige Rolle, sie leben größtenteils von Milch und Kleinvieh, auch gehen sie viel auf die Jagd. Dieses ungebundene Leben stärkt mit seiner Ernährung und seiner täglichen körperlichen Übung – von Kindesbeinen an an keine Pflicht und Zucht gewöhnt, tun sie überhaupt nur das, was ihnen paßt – die Körperkräfte und läßt ungeheuer große Menschen heranwachsen. Und sie härten sich so ab, daß sie im kältesten Klima außer Fellen, die wegen ihrer Kleinheit einen großen Teil des

berent quicquam, quarum propter exiguitatem magna est corporis pars aperta, et lavarentur in fluminibus.

2.

Mercatoribus est aditus magis eo, ut, quae bello¹ ceperint, quibus vendant habeant, quam quo ullam rem ad se importari desiderent. quin etiam iumentis,² quibus maxime Galli delectantur quaeque impenso parant pretio, Germani importatis non utuntur, sed quae sunt apud eos nata parva atque deformia, haec cotidiana exercitatione summi ut sint laboris efficiunt. equestribus proeliis saepe ex equis desiliunt ac pedibus proeliantur, equosque eodem remanere vestigio adsuefaciunt, ad quos se celeriter, cum usus est, recipiunt. neque eorum moribus turpius quicquam aut inertius habetur quam ephippiis uti. itaque ad quemvis numerum ephippiatorum equitum quamvis pauci adire audent. vinum ad se omnino importari non patiuntur, quod ea re ad laborem ferendum remollescere homines atque effeminari arbitrantur.

3.

Publice maximam putant esse laudem quam latissime a suis finibus vacare agros. hac re significari magnum numerum civitatum suam vim sustinere non potuisse. itaque una ex parte ab Suebis circiter milia passuum sescenta agri vacare dicuntur. ad alteram partem succedunt Ubii, quorum fuit civitas ampla atque florens, ut est captus Germanorum. et paulo sunt quam eiusdem generis ceteri humaniores, propterea quod Rhenum attingunt multumque ad eos mercatores ventitant et ipsi propter propinquitatem [quod] Gallicis sunt moribus adsuefacti. hos cum Suebi multis saepe bellis experti propter amplitudinem gravitatemque civitatis finibus expellere non potuissent, tamen vectigales sibi fecerunt ac multo humiliores infirmioresque redegerunt.

Körpers unbedeckt lassen, nichts an Kleidung tragen und in den Flüssen baden.

Kaufleuten gewähren sie mehr aus dem Grunde Zutritt, um Abnehmer für ihre Kriegsbeute zu haben, als daß sie wünschen, daß irgend etwas bei ihnen eingeführt werde. Sogar eingeführte Pferde, an denen besonders die Gallier ihre Freude haben und die sie für höchste Preise kaufen, halten die Germanen überhaupt nicht, sondern machen die bei ihnen aufgezogenen kleinen und unansehnlichen durch tägliche Übungen höchst widerstandsfähig. In den Reitergefechten springen sie oft von ihnen herab und kämpfen zu Fuß. Sie richten sie dazu ab, an Ort und Stelle stehenzubleiben. Zu ihnen ziehen sie sich im Notfall rasch zurück. Nach ihrer Anschauung gilt nichts als schimpflicher oder als schlimmeres Zeichen von Untüchtigkeit als der Gebrauch von Sätteln. Daher wagen sie es auch bei zahlenmäßiger Unterlegenheit, es mit jeder beliebigen Zahl von Sattelreitern aufzunehmen. Wein lassen sie überhaupt nicht bei sich einführen, weil er nach ihrer Meinung die Widerstandskraft der Menschen bricht und die Männer so schwächlich wie Frauen macht.

Im Interesse des Staates halten sie es für den höchsten Ruhm, wenn möglichst weite Landstriche an ihren Grenzen ungebaut bleiben, als Beweis dafür, daß eine große Zahl von Stämmen ihrer Gewalt nicht habe standhalten können. Daher liegt, wie es heißt, auf der einen Seite des Suebenlandes das Land ungefähr 600 Meilen breit brach. An der andern Seite schließen sich die Ubier an¹⁴⁷), ein nach germanischen Begriffen ehemals großer, reicher und mächtiger Stamm. Sie sind etwas zivilisierter als ihre Volksgenossen, weil sie am Rhein wohnen, Kaufleute bei ihnen oft verkehren und sie sich wegen der Nachbarschaft an gallische Sitten gewöhnt haben. Wenn die Sueben sich auch trotz wiederholter kriegerischer Versuche wegen der Größe und bedeutenden Macht des Stammes nicht aus ihrem Land hatten vertreiben können, machten sie sich diese dennoch tributpflichtig, verringerten stark ihr Ansehen und schwächten ihren Einfluß.

In eadem causa fuerunt Usipetes et Tenctheri, quos 1
 supra diximus. qui complures annos Sueborum vim
 sustinuerunt, ad extremum tamen agris expulsi et
 multis locis Germaniae triennium vagati ad Rhenum
 pervenerunt, quas regiones Menapii incolebant. hi ad 2
 utramque ripam fluminis agros aedificia vicosque ha-
 bebant. sed tantae multitudinis adventu perterriti ex 3
 iis aedificiis, quae trans flumen habuerant, demigra-
 verunt et cis Rhenum dispositis praesidiis Germanos
 transire prohibebant. illi omnia experti, cum neque 4
 vi contendere propter inopiam navium neque clam
 transire propter custodias Menapiorum possent, re- 5
 verti se in suas sedes regionesque simulaverunt et
 tridui viam progressi rursus reverterunt atque omni
 hoc itinere una nocte equitatu confecto inscios ino- 6
 pinantesque Menapios oppresserunt, qui de Germano-
 rum discessu per exploratores certiores facti sine me- 7
 tu trans Rhenum in suos vicos remigraverant. his
 interfectis navibusque eorum occupatis, priusquam
 ea pars Menapiorum, quae citra Rhenum erat, certior
 fieret, flumen transierunt atque omnibus eorum aedi-
 ficiis occupatis reliquam partem hiemis se eorum co-
 piis aluerunt.

His de rebus Caesar certior factus et infirmitatem 1
 Gallorum veritus, quod sunt in consiliis capiendis mo-
 biles et novis plerumque rebus student, nihil his com- 2
 mittendum existimavit. est enim hoc Gallicae consue-
 tudinis, uti et viatores etiam invitos consistere co-
 gant, et, quod quisque eorum de quaque re audierit
 aut cognoverit, quaerant, et mercatores in oppidis
 vulgus circumstiat, quibusque ex regionibus veniant
 quasque ibi res cognoverint, pronuntiare cogat. his 3
 rebus atque auditionibus permoti de summis saepe
 rebus consilia ineunt, quorum eos in vestigio paeni-

In gleicher Lage waren die oben erwähnten Usipeter und Tenctherer. Sie hatten mehrere Jahre lang der Macht der Sueben standgehalten, waren aber schließlich aus ihrem Gebiet vertrieben worden, drei Jahre lang in verschiedenen Gegenden Germaniens herumgewandert und an den Rhein in den von den Menapiern bewohnten Raum gekommen. Diese hatten an beiden Ufern des Flusses ihre Ländereien, Gehöfte und Dörfer. Aber durch das Erscheinen einer so großen Menschenmenge in Schrecken gesetzt, verließen sie ihre Höfe rechts des Flusses und traten mit links des Rheins aufgestellten Wachtposten den Germanen bei ihren Versuchen, über den Strom zu setzen, entgegen. Als jene alles mögliche versucht hatten, taten sie, da sie weder mit Gewalt wegen des Mangels an Schiffen etwas erreichen noch heimlich wegen der Wachtposten der Menapier übersetzen konnten, so, als ob sie in ihre Heimat zurückkehrten, machten aber nach einem Dreitagemarsch wieder kehrt, legten diesen ganzen Weg in einer einzigen Nacht mit ihrer Reiterei zurück und überfielen die Menapier¹⁴⁸), die, vom Abzug der Germanen durch Kundschafter unterrichtet, ohne Furcht und völlig ahnungslos über den Rhein in ihre Dörfer zurückgekehrt waren. Als sie niedergehauen und ihre Schiffe erbeutet waren, setzten die Germanen, bevor der links des Rheins wohnende Teil der Menapier etwas erfuhr, über den Fluß¹⁴⁹), nahmen alle ihre Häuser in Besitz und lebten den Rest des Winters von deren Vorräten.

Auf die Nachricht hiervon und aus Furcht vor dem Wankelmut der Gallier – sie sind in ihren Beschlüssen sehr unbeständig und meistens auf Umsturz bedacht – glaubte Cäsar, nichts ihrer Entscheidung überlassen zu dürfen. Es ist nämlich gallische Gewohnheit, Reisende auch gegen ihren Willen anzuhalten und nach dem auszufragen, was ein jeder von ihnen über jedes Ereignis persönlich gehört oder sonst erkundet hat. In den Städten umringt die Menge die Kaufleute und zwingt sie zur Auskunft, aus welcher Gegend sie kämen und was sie dort erfahren hätten. Dabei hören sie oft Dinge, die sie so beeindruckten, daß sie hochwichtige Beschlüsse fassen, die sie auf der Stelle bereuen müssen, da man sich von unsicheren Gerüchten bestimmen läßt

tere necesse est, cum incertis rumoribus serviant et plerique ad voluntatem eorum ficta respondeant.

6.

Qua consuetudine cognita Caesar, ne graviori bello 1
occurreret, maturius, quam consueverat, ad exercitum
proficiscitur. eo cum venisset, ea quae fore suspicatus 2
erat facta cognovit: missas legationes ab nonnullis 3
civitatibus ad Germanos invitatosque eos, uti ab
Rheni discederent; omnia, quae postulassent, ab se
fore parata. qua spe adducti Germani latius iam vaga- 4
bantur et in fines Eburonum et Condrosorum, qui
sunt Treverorum clientes, pervenerant. principibus 5
Galliae evocatis Caesar ea, quae cognoverat, dissimu-
landa sibi existimavit eorumque animis permulsis et
confirmatis equitatuque imperato bellum cum Ger-
manis gerere constituit.

7.

Re frumentaria comparata equitibusque delectis 1
iter in ea loca facere coepit, quibus in locis esse Ger-
manos audiebat. a quibus cum paucorum dierum iter 2
abesset, legati ab his venerunt. quorum haec fuit ora- 3
tio: Germanos neque priores populo Romano bellum
inferre neque tamen recusare, si lacessantur, quin ar-
mis contendant, quod Germanorum consuetudo haec
sit a maioribus tradita, quicumque bellum inferant,
resistere neque deprecari. haec tamen dicere: venisse 4
invitos, eiectione domo; si suam gratiam Romani velint,
posse iis utiles esse amicos; vel sibi agros attribuant,
vel patiantur eos tenere, quos armis possederint; sese 5
unus Suebis concedere, quibus ne di quidem immor-
tales pares esse possint; reliquum quidem in terris
esse neminem, quem non superare possint.

8.

Ad haec Caesar, quae visum est, respondit; sed 1
exitus fuit orationis: sibi nullam cum iis amicitiam

und die meisten, indem sie den Galliern nach dem Munde reden, sogar Unwahres berichten.

Da Cäsar diese ihre Gewohnheit kannte, reiste er, um nicht in einen gefährlichen Krieg verwickelt zu werden, früher als sonst zum Heer. Als er dort eintraf, fand er seine Vermutungen bestätigt: Gesandtschaften seien von einigen Stämmen zu den Germanen geschickt, und diese seien gebeten worden, vom Rhein fortzuziehen. Alle ihre Forderungen würden erfüllt werden. In der Hoffnung darauf dehnten die Germanen ihre Züge bereits weiter aus und waren in das Gebiet der Eburonen¹⁵⁰ und Condruer, der Schutzbefohlenen der Treverer, eingedrungen. Cäsar entbot die Fürsten Galliens zu sich, glaubte aber, das, was er erfahren hatte, ihnen vorenthalten zu müssen; er beruhigte sie, sprach ihnen Mut zu, befahl ihnen, Reiterei zu stellen, und faßte daraufhin den Entschluß, den Krieg gegen die Germanen zu führen.

Er beschaffte Lebensmittel, bot Reiter auf und schickte sich an, in den Raum zu marschieren, wo, wie er hörte, die Germanen waren. Als er von ihnen einen Marsch von nur noch wenigen Tagen entfernt war, erschienen Gesandte, die folgendes ausführten: Die Germanen griffen die Römer nicht zuerst an, seien jedoch, wenn sie herausgefordert würden, fest entschlossen, sich im Kampfe zu messen. Sei es doch bei den Germanen von den Vätern übernommener Brauch, wer auch immer sie angreife, gegen den sich zu wehren und nicht um Gnade zu bitten. Soviel jedoch wollten sie sagen: Sie seien, von Hause vertrieben, nur gegen ihren eigenen Willen gekommen. Wenn die Römer ihre Freundschaft wünschten, könnten sie ihnen nützliche Freunde sein. Sie sollten ihnen Land zuteilen oder zulassen, daß sie das von ihnen mit Waffengewalt in Besitz genommene behielten. Sie selbst wichen allein vor den Sueben, mit denen nicht einmal die unsterblichen Götter sich messen könnten. Sonst gebe es niemanden auf der Welt, den sie nicht überwinden könnten.

Hierauf antwortete Cäsar, was ihm zu antworten richtig schien; am Schluß aber betonte er, zwischen ihm und ihnen

esse posse, si in Gallia remanerent; neque verum esse, 2
 qui suos fines tueri non potuerint, alienos occupare,
 neque ullos in Gallia vacare agros, qui dari tantae
 praesertim multitudini sine iniuria possint; sed licere, 3
 si velint, in Ubiorum finibus considerare, quorum sint
 legati apud se et de Sueborum iniuriis querantur et ab
 se auxilium petant; hoc se ab Ubiis impetraturum.

9.

Legati haec se ad suos relatores dixerunt et re 1
 deliberata post diem tertium ad Caesarem reversuros.
 interea, ne propius se castra moveret, petiverunt. ne 2
 id quidem Caesar ab se impetrari posse dixit. cogno- 3
 verat enim magnam partem equitatus ab iis aliquot
 diebus ante praedandi frumentandique causa ad Am-
 bivaritos trans Mosam missam; hos exspectari equites
 atque eius rei causa moram interponi arbitrabatur.

10.

[Mosa profluit ex monte Vosego, qui est in finibus 1
 Lingonum, et parte quadam ex Rheno recepta, quae 2
 appellatur Vacalus, insulam efficit Batavorum (in Oce-
 anum influit), neque longius ab Oceano milibus pas- 3
 suum LXXX in Rhenum influit. Rhenus autem oritur ex
 Lepontiis, qui Alpes incolunt, et longo spatio per fines
 Nemetum, Helvetiorum, Sequanorum, Mediomatricor- 4
 um, Tribocorum, Treverorum citatus fertur, et ubi
 Oceano adpropinquavit, in plures diffluit partes multis
 ingentibusque insulis effectis, quarum pars magna a
 feris barbarisque nationibus incolitur, ex quibus sunt, 5
 qui piscibus atque ovis avium vivere existimantur, mul-
 tisque capitibus in Oceanum influit.]

11.

Caesar cum ab hoste non amplius passuum XII mi- 1
 libus abesset, ut erat constitutum, ad eum legati re-
 vertuntur. qui in itinere congressi magno opere, ne

könne keine Freundschaft sein, wenn sie in Gallien blieben; es
 sei auch nicht in der Ordnung, daß Leute, die ihr eigenes Land
 nicht schützen könnten, sich fremdes aneigneten. Ferner gebe
 es in Gallien kein unbewohntes Land, das einem noch dazu so
 großen Volke, ohne einem anderen Unrecht zu tun, gegeben
 werden könne. Wenn sie aber wollten, dürften sie sich im Gebiet
 der Ubiier ansiedeln, deren Gesandte gerade bei ihm seien, sich
 über Gewalttaten der Sueben beschwerten und ihn um Hilfe
 bäten. Das würde er bei den Ubiern durchsetzen.

Die Gesandten erklärten, sie würden das ihren Stammesge-
 nossen berichten und nach Beratung der Angelegenheit in drei
 Tagen zu Cäsar zurückkehren. Sie baten, er solle inzwischen
 nicht näher an sie heranrücken. Nicht einmal das könnten sie
 bei ihm erreichen, erklärte er. Er hatte nämlich erfahren, daß
 ein großer Teil der Reiterei von ihnen einige Tage vorher, um
 Beute zu machen und Getreide zu holen, zu den Ambivariten¹⁵²⁾
 über die Maas geschickt worden war. Er war überzeugt, daß sie
 auf diese Reiter warteten und nur aus diesem Grunde eine Frist
 gewinnen wollten.

[¹⁵²⁾ Die Maas entspringt in den im Lande der Lingonen lie-
 genden Vogesen, vereinigt sich mit dem Rheinarms Waal, bildet
 die Bataverinsel und mündet in einer Entfernung von nicht
 ganz 80 Meilen vom Meer in den Rhein. Der Rhein entspringt
 im Gebiet der Lepontier, eines Alpenstammes, und fließt reißend
 in einer langen Strecke durch das Land der Nemetes, Helvetier,
 Sequaner, Mediomatriker, Triboker und Treverer, teilt sich in
 Meeresnähe in mehrere Arme, bildet zahlreiche große Inseln,
 von denen ein großer Teil von wilden Völkern bewohnt wird,
 darunter einigen, die von Fischen und Vogeleiern leben sollen,
 und fließt in vielen Armen in den Ozean.]

Als Cäsar vom Feinde nur noch zwölf Meilen entfernt war,
 kehrten zu ihm, wie abgemacht war, die Gesandten zurück. Sie
 trafen ihn unterwegs und baten dringend, er solle nicht weiter

longius progrediretur, orabant. cum id non impetras-²
sent, petebant, uti ad eos equites, qui agmen anteces-
sissent, praemitteret eosque pugna prohiberet, sibique
uti potestatem faceret in Ubios legatos mittendi. quo-³
rum si principes ac senatus sibi iureiurando fidem fe-
cisset, ea condicione, quae a Caesare ferretur, se usuros
ostendebant: ad has res conficiendas sibi tridui spa-
tium daret. haec omnia Caesar eodem illo pertinere⁴
arbitrabatur, ut tridui mora interposita equites eorum
qui abessent reverterentur. tamen sese non longius
milibus passuum quattuor aquationis causa proces-
surum eo die dixit; huc postero die quam frequentissi-⁵
mi convenirent, ut de eorum postulatis cognosceret.
interim ad praefectos, qui cum omni equitatu ante-⁶
cesserant, mittit, qui nuntiarent, ne hostes proelio
laccesserent, et, si ipsi laccesserentur, sustinerent, quoad
ipse cum exercitu propius accessisset.

12.

At hostes ubi primum nostros equites conspexerunt,¹
quorum erat v milium numerus, cum ipsi non
amplius octingentos equites haberent, quod ii, qui
frumentandi causa ierant trans Mosam, nondum red-
ierant, nihil timentibus nostris, quod legati eorum
paulo ante a Caesare discesserant atque is dies indu-
tiis erat ab his petitus, impetu facto celeriter nostros
perturbaverunt. rursus his resistentibus consuetudine²
sua ad pedes desiluerunt subfossisque equis complu-
ribusque nostris deiectis reliquos in fugam coniece-
runt atque ita perterritos egerunt, ut non prius fuga
desisterent, quam in conspectum agminis nostri venis-
sent. in eo proelio ex equitibus nostris interficiuntur³
quattuor et septuaginta, in his vir fortissimus Piso⁴
Aquitanus amplissimo genere natus, cuius avus in ci-
vitate sua regnum obtinuerat, amicus a senatu nostro
appellatus. hic cum fratri intercluso ab hostibus auxi-⁵
lium ferret, illum ex periculo eripuit, ipse equo vul-

vorrücken. Als sie dies nicht erreichten, baten sie, er solle zu seinen die Vorhut des Zuges bildenden Reitern schicken und ihnen den Kampf verbieten, ihnen selbst aber die Gelegenheit geben, zu den Ubiern Gesandte zu schicken. Wenn deren Fürsten und Senat sich eidlich verpflichteten, würden sie den von ihm gemachten Vorschlag annehmen. Zur Erledigung dieser Dinge solle er ihnen eine Frist von drei Tagen gewähren. Cäsar nahm an, dies alles verfolge nur denselben Zweck, daß in dieser dreitägigen Frist ihre abwesenden Reiter zurückkehrten. Gleichwohl versprach er ihnen, an diesem Tage höchstens vier Meilen vorzurücken, um an Wasser zu kommen. Dort sollten sie sich am folgenden Tage möglichst zahlreich einfinden, damit er dann endgültig über ihre Forderungen entscheide. Inzwischen schickte er zu den Präfecten, die mit der gesamten Reiterei vorausgeritten waren, den Befehl, sie sollten die Feinde nicht zum Kampfe reizen und, falls sie selbst herausgefordert würden, sich defensiv verhalten, bis er selbst mit dem Heere näher herangerückt sei.

Aber sowie die Feinde unsere Reiter erblickten – es waren 5000 Mann, während der Feind höchstens 800 hatte, weil die über die Maas gegangenen Getreideholer noch nicht zurückgekehrt waren –, überfielen sie uns, als wir nichts fürchteten, da ihre Gesandten erst kurz vorher Cäsar verlassen hatten und dieser Tag von ihnen zur Waffenruhe erbeten worden war. Sie jagten uns rasch einen panischen Schrecken ein. Als wir uns wieder zur Wehr setzten, saßen sie ihrer Gewohnheit gemäß ab, durchbohrten die Pferde von unten, warfen mehrere unserer Leute in den Staub, schlugen die übrigen in die Flucht und jagten sie vor sich her. Diese waren so erschreckt, daß sie erst zu fliehen aufhörten, als sie in Sichtweite unseres Heeres waren. In diesem Kampfe fielen von unseren Reitern 74, unter ihnen der sehr tapfere Piso Aquitanus, einem vornehmen Geschlechte entstammend, dessen Großvater in seinem Stamme König gewesen war und vom römischen Senat den Ehrentitel „Freund“ erhalten hatte. Als er seinem vom Feind abgeschnittenen Bruder Hilfe brachte, rettete er ihn aus der Gefahr; er selbst leistete, vom verwundeten Pferde herab-

nerato deiectus, quoad potuit, fortissime restitit; cum 6
circumventus multis vulneribus acceptis cecidisset at-
que id frater, qui iam proelio excesserat, procul anim-
advertisset, incitato equo se hostibus obtulit atque
interfectus est.

13.

Hoc facto proelio Caesar neque iam sibi legatos 1
audiendos neque condiciones accipiendas arbitraba-
tur ab iis, qui per dolum atque insidias petita pace
ultra bellum intulissent; exspectare vero, dum hosti- 2
um copiae auferentur equitatusque reverteretur, sum-
mae dementiae esse iudicabat et cognita Gallorum in-
firmitate, quantum iam apud eos hostes uno proelio 3
auctoritatis essent consecuti, sentiebat. quibus ad
consilia capienda nihil spatii dandum existimabat. his 4
constitutis rebus et consilio cum legatis et quaestore
communicato, ne quem diem pugnae praetermitteret,
opportunitissime res accidit, quod postridie eius diei
mane eadem et perfidia et simulatione usi Germani
frequentes omnibus principibus maioribusque natu 5
adhibitis ad eum in castra venerunt, simul, ut diceba-
tur, purgandi sui causa, quod contra, atque esset dic- 6
tum et ipsi petissent, proelium pridie commisissent,
simul ut, si quid possent, de indutiis fallendo impe-
trarent. quos sibi Caesar oblatos gavisus, illos retineri
iussit, ipse omnes copias castris eduxit equitatumque,
quod recenti proelio perterritum esse existimabat,
agmen subsequi iussit.

14.

Acie triplici instituta et celeriter octo milium iti- 1
nere confecto prius ad hostium castra pervenit, quam,
quid ageretur, Germani sentire possent. qui omnibus 2
rebus subito perterriti et celeritate adventus nostri et
discessu suorum ***** , neque consilii habendi neque
arma capiendi spatio dato perturbantur, copias ad-
versus hostem ducere an castra defendere an fuga sa-

geworfen, bis zum letzten Atemzug tapfersten Widerstand. Als er dann, umstellt und aus vielen Wunden blutend, gefallen war und dies sein Bruder, der bereits dem Kampfgewühl entronnen war, von weitem sah, gab er seinem Pferd die Sporen, sprengte auf die Feinde los und fand ebenfalls den Tod.

Auf diesen Überfall hin glaubte Cäsar, Gesandte nicht mehr anhören noch Vorschläge von Menschen entgegennehmen zu dürfen, die auf gemeine, hinterlistige Weise um Frieden gebeten hatten und dann ohne Grund über uns hergefallen waren. Zu warten aber, bis sich die feindlichen Truppen verstärkten und die Reiterei zurückkehrte, hielt er für den Gipfel der Dummheit. Da er auch den Wankelmut der Gallier kannte, konnte er sich denken, wie sehr die Feinde bei ihnen schon durch dieses eine Gefecht an Ansehen gewonnen hatten. Er glaubte, ihnen keine Zeit für neue Pläne lassen zu dürfen. Als er dies festgelegt und seinen Plan mit den Legaten und dem Quästor besprochen hatte, um ja keinen Tag zur Schlacht zu verlieren, traf es sich äußerst günstig, daß tags darauf in den Morgenstunden die Germanen mit gleicher Verstellung und Hinterhältigkeit¹⁵³) in großer Zahl – alle Fürsten und Ältesten waren dabei – zu ihm ins Lager kamen, einmal um, wie es hieß, sich zu entschuldigen, daß sie entgegen dem gegebenen Wort und der eigenen Bitte tags zuvor den Kampf vom Zaune gebrochen hätten, dann, um womöglich durch Verstellung hinsichtlich des Waffenstillstandes etwas zu erreichen. Cäsar freute sich, daß sie sich ihm so in die Hände gespielt hatten, und befahl, sie festzuhalten¹⁵⁴). Er führte alle Truppen aus dem Lager heraus und befahl der Reiterei, die, wie er glaubte, infolge der jüngsten Schlappe noch vom Schrecken gelähmt war, die Nachhut des Zuges zu bilden.

Er stellte das Heer in drei Kampfformationen auf, legte schnell den acht Meilen langen Weg zurück und erschien früher vor dem feindlichen Lager, als die Germanen merken konnten, was vorging. Durch all dieses, durch unser plötzliches Auftauchen und durch die Abwesenheit ihrer Fürsten¹⁵⁵), das Ausbleiben ihrer Reiter, die Unmöglichkeit, noch Kriegsrat zu halten und zu den Waffen zu greifen, in großen Schrecken versetzt, wußten sie in ihrer Verwirrung nicht, ob es besser sei, gegen den Feind

lutem petere praestaret. quorum timor cum fremitu 3
 et concursu significaretur, milites nostri pristini diei
 perfidia incitati in castra inruperunt. quo loco, qui 4
 celeriter arma capere potuerunt, paulisper nostris re-
 stiterunt atque inter carros impedimentaque proelium
 commiserunt. at reliqua multitudo puerorum mulie- 5
 rumque – nam cum omnibus suis domo excesserant
 Rhenumque transierant – passim fugere coepit. ad
 quos consecrandos Caesar equitatum misit.

15.

Germani post tergum clamore audito cum suos 1
 interfici viderent, armis abiectis signisque militaribus
 relictis se ex castris eiecerunt, et cum ad confluentem 2
 Mosae et Rheni pervenissent, reliqua fuga desperata
 magno numero interfecto reliqui se in flumen prae-
 cipitaverunt atque ibi timore, lassitudine, vi fluminis
 oppressi perierunt. nostri ad unum omnes incolumes 3
 perpaucis vulneratis ex tanti belli timore, cum hos-
 tium numerus capitum quadringentorum triginta mi-
 lium fuisset, se in castra receperunt. Caesar iis, quos 4
 in castris retinuerat, discedendi potestatem fecit. illi 5
 supplicia cruciatusque Gallorum veriti, quorum agros
 vexaverant, remanere se apud eum velle dixerunt. his
 Caesar libertatem concessit.

16.

Germanico bello confecto multis de causis Caesar 1
 statuit sibi Rhenum esse transeundum. quarum illa
 fuit iustissima, quod, cum videret Germanos tam fa-
 cile impelli, ut in Galliam venirent, suis quoque rebus
 eos timere voluit, cum intellexerent et posse et audere
 populi Romani exercitum Rhenum transire. accessit 2
 etiam, quod illa pars equitatus Usipetum et Tencthe-
 rorum quam supra commemoravi praedandi frumen-
 tandique causa Mosam transisse neque proelio inter-
 fuisse, post fugam suorum se trans Rhenum in fines

auszurücken oder das Lager zu verteidigen oder sich durch
 Flucht zu retten. Während ihre Furcht sich durch Schreien und
 Unruhe verriet, brachen unsere Soldaten voller Wut über die
 gestrige Treulosigkeit ins Lager ein. Hier leisteten die, welche
 schnell zu den Waffen greifen konnten, uns kurze Zeit Wider-
 stand, indem sie zwischen ihren Wagen und ihrem Troß kämpf-
 ten. Die übrige Menge dagegen, Frauen und Kinder, – sie waren
 nämlich mit Kind und Kegel ausgewandert und über den Rhein
 gegangen – begann, in alle Richtungen zu fliehen. Ihnen nach-
 zujagen, schickte Cäsar die Reiterei aus.

Als die Germanen das Geschrei auch hinter ihrem Rücken
 hörten und sahen, wie ihre Leute niedergehauen wurden, war-
 fen sie die Waffen fort, ließen ihre Feldzeichen im Stich und
 stürzten aus dem Lager davon. An dem Zusammenfluß der Maas
 und des Rheins angekommen, gaben sie die Hoffnung auf wei-
 tere Flucht auf. Als viele von ihnen getötet waren, stürzten sich
 die übrigen in den Fluß und ertranken dort, von Schrecken,
 Erschöpfung und der Gewalt des Stromes überwältigt. Unsere
 Truppe zog sich ohne einen einzigen Verlust mit nur ganz weni-
 gen Verwundeten aus einem so furchtbaren Kriege – die Zahl der
 Feinde betrug 430 000¹⁵⁶) – ins Lager zurück. Cäsar gab den
 im Lager Festgehaltenen die Erlaubnis abzuziehen; sie erklär-
 ten aber aus Furcht vor Strafen und Martern der Gallier, deren
 Felder sie verwüstet hatten, sie wollten bei ihm bleiben. Ihnen
 schenkte er die Freiheit¹⁵⁷).

Nach Beendigung des Germanenkrieges beschloß Cäsar aus
 vielen Gründen, den Rhein zu überschreiten. Unter ihnen war
 der folgende der triftigste: Da er sah, daß die Germanen sich so
 leicht verleiten ließen, nach Gallien zu kommen, wollte er, daß sie
 auch für ihre eigene Sicherheit fürchteten, wenn sie sähen, daß
 ein römisches Heer es fertigbringe und wage, über den Rhein zu
 setzen¹⁵⁸). Hinzu kam noch, daß der Teil der Reiterei der Usi-
 peter und Tenctherer, der, wie erwähnt, um Beute zu machen
 und Getreide zu holen, die Maas überschritten und nicht am
 Kampfe teilgenommen hatte, nach der Flucht der Stammes-
 genossen sich über den Rhein ins Gebiet der Sugambri¹⁵⁹)

Sugambrorum receperat seque cum his coniunxerat, ad quos cum Caesar nuntios misisset, qui postularent, eos, qui sibi Galliaeque bellum intulissent, sibi dederent, responderunt: populi Romani imperium Rhenum finire; si se invito Germanos in Galliam transire non aequum existimaret, cur sui quicquam esse imperii aut potestatis trans Rhenum postulare? Ubii autem, qui uni ex Transrhenanis ad Caesarem legatos miserant, amicitiam fecerant, obsides dederant, magno opere orabant, ut sibi auxilium ferret, quod graviter ab Suebis premerentur; vel si id facere occupationibus rei publicae prohiberetur, exercitum modo Rhenum transportaret; id sibi <ad praesens> auxilium spemque reliqui temporis satis futurum. tantum esse nomen atque opinionem eius exercitus Ariovisto pulso et hoc novissimo proelio facto etiam ad ultimas Germanorum nationes, uti opinione et amicitia populi Romani tuti esse possint. navium magnam copiam ad transportandum exercitum pollicebantur.

17.

Caesar his de causis, quas commemoravi, Rhenum transire decreverat. sed navibus transire neque satius esse arbitrabatur neque suae neque populi Romani dignitatis esse statuebat. itaque etsi summa difficultas faciendi pontis proponebatur propter latitudinem rapiditatem altitudinemque fluminis, tamen id sibi contendendum aut aliter non traducendum exercitum existimabat. rationem pontis hanc instituit: tigna bina sesquipedalia paulum ab imo praeacuta dimensa ad altitudinem fluminis intervallo pedum duorum inter se iungebat. haec cum machinationibus immissa in flumen defixerat festuculisque adegerat, non publicae modo directe ad perpendiculum, sed prone ac fastigate, ut secundum naturam fluminis promerberent, his item contraria duo ad eundem modum iuncta intervallo pedum quadragenum ab inferiore

zurückgezogen und mit diesen verbündet hatte. Als Cäsar zu diesen Boten schickte mit der Forderung, ihm die auszuliefern, welche ihn und Gallien angegriffen hätten, antworteten sie: Der Rhein sei die Grenze der Herrschaft des römischen Volkes. Wenn Cäsar es für unbillig erachte, daß gegen seinen Willen Germanen nach Gallien hinüberkämen, warum fordere er da überhaupt etwas an Macht und Herrschaft rechts des Rheines? Die Ubier aber, die als einzige der rechtsrheinischen Stämme Gesandte zu Cäsar geschickt, Freundschaft geschlossen und Geiseln gestellt hatten, baten dringend, er solle ihnen Hilfe bringen, weil sie von den Sueben schwer bedrängt würden. Wenn er durch Staatsgeschäfte daran gehindert sei, solle er wenigstens ein Heer über den Rhein setzen. Das genüge schon, um ihnen im Augenblick zu helfen und ihnen für die Zukunft Hoffnung zu geben. Seit der Niederlage Ariovists und der jüngsten Schlacht sei der Name und das Ansehen seines Heeres selbst bei den entferntesten Germanenstämmen so groß, daß sie selbst schon auf Grund des Rufes und der Freundschaft mit dem römischen Volk sicher sein könnten. Eine große Anzahl von Schiffen stellten sie für das Übersetzen des Heeres in Aussicht.

Aus den angeführten Gründen hatte Cäsar beschlossen, über den Rhein zu setzen. Ihn aber auf Schiffen zu überqueren hielt er nicht für genügend sicher. Er war auch überzeugt, daß das unter seiner und des römischen Volkes Würde sei. Obwohl sich die Schwierigkeit eines Brückenbaues wegen der Breite, der reißenden Strömung und der Tiefe des Flusses als sehr groß erwies, glaubte er dennoch, den Bau durchführen zu müssen oder auf andere Weise das Heer nicht hinüberführen zu dürfen. Die Brücke baute er auf folgende Art: Je zwei anderthalb Fuß dicke, unten ein wenig zugespitzte Balken in Länge der Flußtiefe ließ er in einem Zwischenraum von zwei Fuß miteinander verbinden, mit Maschinen in das Flußbett einsetzen und mit Rammböcken in den Grund treiben, nicht senkrecht wie gewöhnliche Brückenpfähle, sondern schräg nach vorn, so daß sie zur Flußrichtung hin standen. Diesen gegenüber ließ er genau so zwei in gleicher Weise verbundene Balken in einem Zwischenraum von vierzig Fuß auf der stromabwärts gelegenen Seite, gegen die starke Flußströmung hin geneigt, einrammen. Diese

6 Caesar, Gallischer Krieg

parte contra vim atque impetum fluminis conversa statuebat. haec utraque insuper bipedalibus trabibus 6 immissis, quantum eorum tignorum iunctura distabat, binis utrimque fibulis ab extrema parte distinebantur. quibus disclusis atque in contrariam partem 7 revinctis tanta erat operis firmitudo atque ea rerum natura, ut, quo maior vis aquae se incitavisset, hoc artius inligata tenerentur. haec directa materia iniecta 8 contexebantur et longuriis cratibusque consternebantur. ac nihilo setius sublicae et ad inferiorem partem 9 fluminis oblique agebantur, quae pro ariete subiectae et cum omni opere coniunctae vim fluminis exciperent, et aliae item supra pontem mediocri spatio, 10 ut si arborum trunci sive naves deiciendi operis causa essent a barbaris missae, his defensoribus earum rerum vis minueretur neu ponti nocerent.

18.

Diebus decem, quibus materia coepta erat comportari, omni opere effecto exercitus traducitur. Caesar ad utramque partem pontis firmo praesidio relicto in fines Sugambrorum contendit. interim a compluribus civitatibus ad eum legati veniunt. quibus pacem atque amicitiam petentibus liberaliter respondet obsidesque ad se adduci iubet. at Sugambri ex eo tempore, quo pons institui coeptus est, fuga comparata hortantibus iis, quos ex Tenctheris atque Usipetibus apud se habebant, finibus suis excesserant suaque omnia exportaverant seque in solitudinem ac silvas abdiderant.

19.

Caesar paucos dies in eorum finibus moratus omnibus vicis aedificiisque incensis frumentisque succisis se in fines Ubiorum recepit atque his auxilium suum pollicitus, si a Suebis premerentur, haec ab iis cognovit: Suebos posteaquam per exploratores pontem fieri comperissent, more suo concilio habito nuntios in

Pfahlpaare wurden durch oben eingelassene Querbalken – sie waren zwei Fuß dick – in der Weite, in der die verbundenen Pfähle voneinander abstanden, auf beiden Seiten mittels Klammerpaaren am Ende auseinandergehalten. Da sie in dieser Art auseinandergespannt und in der entgegengesetzten Richtung zusammengehalten wurden, war die Anlage so fest und von Natur aus so eingerichtet, daß, je stärker der Andrang des Wassers war, desto fester zusammengepreßt die Balken zusammengehalten wurden. Sie wurden durch der Länge nach aufgelegte Balken verbunden und mit Bohlen und Faschinen bedeckt. Zu alledem wurden noch Balken ebenfalls schräg nach der unteren Flußseite gezogen, welche, wie Mauerbrecher vorgeschoben und mit dem ganzen Bau verbunden, die Gewalt des Stromes abfingen. Außerdem wurden ebenso andere oberhalb der Brücke in mäßiger Entfernung eingerammt, damit durch diese Wellenbrecher, wenn Stämme und Schiffe zur Zerstörung des Baues von den Barbaren stromabwärts geschickt würden, deren Anprall abgeschwächt und der Brücke kein Schaden zugefügt werde.

Als der gesamte Bau in nur zehn Tagen, in denen man erst auch noch das Material herangeschafft hatte, fertiggestellt war, marschierte das Heer hinüber¹⁶⁰). An beiden Brückenköpfen ließ Cäsar eine starke Schutztruppe zurück und rückte beschleunigt in das Gebiet der Sugambrier. Inzwischen kamen von mehreren Stämmen Gesandte zu ihm, deren Bitten um Friede und Freundschaft er großzügig entsprach und von denen er sich Geiseln stellen ließ. Aber die Sugambrier hatten von dem Tage an, an dem der Brückenbau begann, die Flucht vorbereitet, waren auf Rat der Tenctherer und Usipeter, die sie bei sich hatten, aus ihrem Gebiet ausgewandert, hatten all ihre Habe mitgenommen und sich in der Wildnis der Wälder versteckt.

Cäsar blieb nur wenige Tage¹⁶¹) im Feindesland, ließ alle Dörfer und Gehöfte niederbrennen und das Getreide schneiden und begab sich in das Land der Ubier zurück. Als er ihnen seinen Beistand versprach, falls sie von den Sueben bedrängt würden, erfuhr er von ihnen folgendes: Als die Sueben durch Kundschafter vom Brückenbau erfahren hätten, hätten sie nach ihrer Sitte ein Thing abgehalten und nach allen Richtungen Bot-

omnes partes dimisisse, uti de oppidis demigrarent, liberos uxores suaque omnia in silvis deponerent atque omnes, qui arma ferre possent, unum in locum convenirent; hunc esse delectum medium fere regionum earum, quas Suebi obtinerent. hic Romanorum adventum exspectare atque ibi decertare constituisse. quod ubi Caesar comperit, omnibus iis rebus confectis, quarum rerum causa traducere exercitum constituerat, ut Germanis metum iniceret, ut Sugambros ulcisceretur, ut Ubios obsidione liberaret, diebus omnino decem et octo trans Rhenum consumptis, satis et ad laudem et ad utilitatem profectum arbitratus se in Galliam recepit pontemque rescidit.

20.

Exigua parte aestatis reliqua Caesar, etsi in his locis, quod omnis Gallia ad septentriones vergit, maturae sunt hiemes, tamen in Britanniam proficisci contendit, quod omnibus fere Gallicis bellis hostibus nostris inde subministrata auxilia intellegebat et, si tempus anni ad bellum gerendum deficeret, tamen magno sibi usui fore arbitratur, si modo insulam adisset, genus hominum perspexisset, loca portus aditus cognovisset. quae omnia fere Gallis erant incognita. neque enim temere praeter mercatores illo aditus quisquam, neque iis ipsis quicquam praeter oram maritimam atque eas regiones, quae sunt contra Galliam, notum est. itaque evocatis ad se undique mercatoribus, neque quanta esset insulae magnitudo neque quae aut quantae nationes incolerent neque quem usum belli haberent aut quibus institutis uterentur neque qui essent ad maiorum navium multitudinem idonei portus, reperire poterat.

21.

Ad haec cognoscenda priusquam periculum faceret, idoneum esse arbitratus Gaium Volusenum cum longa

